



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Joannes Baptista. 24: Junii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

gereret, his verhis abegit. *Discede Sanies & turpido.* Quâ fronte hoc dicent qui se in belluæ hujus fimeto volutârunt, dum viverent? & usum pœnitentiz hõrruerunt, in molli corpore? quam levibus corporis afflictionibus? vel orationibus? quam facili usu indulgentiarum? tam duris cruciatibus, eum inferni tum purgatorii temetipsum eripere potes?

---

S. J O A N N E S  
BAPTISTA.

24: Junii.

*Amen dico vobis non surrexit  
inter natos mulierum major*

**JOANNE BAPTISTA**

Math. cap. ii.

**J**OANNES melioris Solis melior Phosphorus, ortus sui nuntium Angelum habuit. Ipse in matre jam sanctus, vix natus est cum mutum parentem loqui oracula infans fecit. Patriam domum cum eremo mutavit, & cibum locustas ac mel agreste, vestem cameli exuvias habuit. Inde anno Tiberii imperantis XV. viam Christo munire exorsus, non tam verbis, quàm vitâ ad pœnitentiam



penitentiam scelerum hortatus mortales, animorum lavacro initium dedit, quod ipsum Servator sanctius tactu suo reddidit. Hunc ille itaque mundo Agnum ostentare, ad hunc è schola sua Discipulos rectius erudiendos remittere, & jam indignum se putare, ad cuius vel ultimum servitium descenderet. Sed nimirum se ipso major sacris etiam vatibus omnibus prælatus, & secundus à Christo est proclamatus. Et tamen tam charum cælo caput, Herodes saltatriculæ filia pedibus donavit, & crudelibus oculis pascendis mensæ etiam inferri voluit. Itaque tunc, si unquam aliàs, lautè cœnavit gula. Quæ enim mensa tam nobile caput habuit.

*Ex Hist. Evang.*

## MEDITATIO

### *De S. Joanne Baptista.*

I. **E**cce! pœnitens nullius peccati conscius, cujus, cum Matrem Maria inviserit, in ipso materno utero ab originali labe fuit liberatus. Quodnam admiserat crimen, cum tres annos natus jam tum in deserto pœnitentiam ageret? Exemplo docet, vel innocentissimo necessariam esse pœnitentiam, cum trium annorum alacer eam complectatur? macete, brevi senties, qui Dei causa voluptates valere jusserit, deliciis inexplicabili-

Ff

bus



bus redundare. *Quàm suave subito factum est mihi, carere suavitatibus nugarum! & , qua dimistere metus erat, amisisse gaudium fuit.*, Aug.

2. Hoc durius vivendi genus, maturè susceptum, ad mortem usque tenuit. Unus debet esse pœnitentiæ & vitæ terminus. Tecum semper corpus; contra te verò & Dæmon & mundus. Inducias si concesseris, periisti. Cogita infernum, unde recedis; Paradisum, quò accedis; & nunquam tædebit te pœnitentiæ.

3. Vana est pœnitentia absque humilitate: Joannes Propheta, ac Messia nomen, aliosque honores rejicit, coram Christo abjicit sese. Depri-  
mes te pariter coram Deo, & coram hominibus: quod facis, quod pateris, nihil est præ laboribus sanctorum. *Quid prodest tenuari corpus abstinentiâ, si animus superbiâ intumescat?* Hieron.

---

## S. GALLICANVS MARTYR.

29. Junii.

*Nolite arbitrari, quia venerim  
pacem mittere in terram: non  
veni pacem mittere, sed gladium.*

Matth. 10. v. 14.

**G**ALLICANI victorias de Persis Scy-  
thisque